

II) d. 17. Apr. 1700. α) *Valedixit oratione Latina, additis versibus, Joh. Elias Walther / Mein.* β) *oratione Latina de opinione, addita alia Hebraea, itemque Graeca, Joh. Wolfgang Drescher / Hilperbus.* γ) *de lectione nouellarum, Joh. Eselt Aubstad.* δ) *de requisitis boni discipuli, addito item specimine Graeco, Joh. Urdolff / Aubstad.* ε) *de concordia, Joh. Adam Röder / Schleuf.* ζ) *de vita Rustica, Joh. Samuel Käyser / Schleuf. vid. progr. R. XXIV.*

Etiam Jo. Christoph. Nicolai in Actu secundo ordinario d. 22. Sept. 1699. Oratione Latina in B. Carpzouii, Theologi Lipsiensis longe celeberrimi laudem, valedixit.

VII. Praeter ordinaria hebdomadariaque *Exercitia styli, alia specimina mensura privato-publica ex Visitationis superioris iussu hoc intra annum tempus a Rectore disposita, a Primanis elaborata, a Rectore correctata, & in Actis seruanda, habentur:* 1. *Chria Aphthoniana Lat. in Plin. L. VII. ep. 17. dictum: Historias non ostentatione &c.* 2. *Parentatio Germanica, qua in funere B. Rumpelii haberi potuisset.* 3. *Complementum Lat. s. gratulatoria oratio de superato anno Climacterico, ad Parentem.* 4. *Chria oratoria Germ. de nouellarum vsu.* 5. *Oratio Lat. in styli Epistolici laudem.* 6. *Chria Aphthoniana Lat. in dictum Curtii: Male humanis &c.* 7. *Locus communis Lat. in Pacem Ryswicensem.* 8. *Oratio prolixior Lat. in historias laudem.* 9. *Epistolae Latino-Germanicae, Gratulatoria, Eucharistica, Nunciatoria.* 10. *Propempticum Germ.* 11. *Epistola Latinae, Comminatoria, Expostulatoria, Suasoria.* 12. *Epistolae Latinae, Propempticae, Saluatoria, Officiosa.* 13. *Oratio Lat. de Scriptura S.* 14. *Oratio in laudem Ethicae.* 15. *Progymnasma Confutationis Lat. in Prae-Adamitas.* 16. *Chria Heroica Germ.* 17. *Parentatio Germ. in funere studiosi habenda.* 18. *Epistolae familiares, triplici modo, per protases, connexiones, & meditationes elaborate.* 19. *variatio periodica, Latino-Germ. ex illo Pauli: Pietas ad omnia &c.* 20. *Chria Aphthoniana Lat. in dictum Plauti: qui vult esse nucleum &c.* 21. *Chria practica Lat. in illud Siracidis: ἐπιγυγῆ &c.* 22. *Epistola saluatoria.* 23. *Orat. Lat. de inferno.* 24. *Epistola hortatoria.* 25. *Parentatio Germ. in funere Consulis.* 26. *Chria practica Graeco-Latina de penitentia.* 27. *Epistolae, Consolatoria, Commendatitia.* 28. *Oratio Lat. de Votis Monasticis.* 29. *Oratio panegyrica in obitum SERENISS. PRINCIP. ALBERTI Duc. Sax. &c.* 30. *Oratio Lat. in laudem Taciturnitatis,* 31. *Variatio Rhetorica per tropos omnes & figuras ex illo Seneca: quid Tu, cum rideres senilem &c.*

VIII. Specimina Poetica mensura, correctata itidem a Rectore & in Actis seruanda, praeter illa hebdomadaria, habentur: 1. *Epicedia Latino-Graeco-Germanica in funere B. Rumpelii.* II. *Carmina secularia in Typographiam, ad imitationem Od. Horatii secularis.* III. *Carmina Epinicia Graeco-Latino-Germanica honori Principis Eugenii.* IV. *Emblemata in nuptias Hasso-Brandenburgicas.* V. *Soteria Latina.* VI. *Genethliacum Germanicum in Principem Bauarum.* VII. *Hymni Paschales.* VIII. *Epicedia in bestias Graeco-Latino-Germanica.* IX. *Eclogae in Epithalamii vicem.* X. *Carmina Genethliaca Graeco-Latino-Germanica.* XI. *Epithalamia Graeco-Latino-Germanica, ex politica aliaque Poesi &c.*

IX. Sulam abire iusso Dn. M. Georgio Jacobo Golnero haecenus Alumn. Communit. Inspectore in huiusdem locum sufficitur Dn. Jo. Ernst Melsheimer S. Theol. Cultor, d. 16. Jun. 1700.

X. Binae iterum comoediae in theatro actae sunt (1) von dem verfolgtem David (2) von der verkehrten Welt / quibus vero scriptum est a Rectore programma Germanicum.

XI. In Gymnasium introducti sunt XXXVII. Novitii: publice ad Academiam abituri valedixerunt supra dicti XI. Ad Examen Academicum missi sunt: d. 21. August. 1699. Vinarium ad Ill. Consistorium, Jo. Christoph Nicolai, Heb. Misn. d. 5. Mart. 1700, Meiningam ad Ill. Consistorium, Joh. Elias Walther, Joh. Caspar Ziegler, Joh. Philipp Nothnagel. d. 29. Mart. 1700. ad Dn. Ephorum Joh. Adam Röder, & Joh. Samuel Käyser. Fiscus Chori Musici habuit 172. floren.

XII. Anni 1700, hyems vt oppido & vicinia, sic & Gymnasio morbosa fuit, ereptis Primanis IV., Secundanis VI, vno quartano.

V. FORTVNA ILL. GYMNI. SCHLEVS.

a. IX. Jun. 1700. - IX. Jun. 1701.

I. d. XIX. Jul. 1700. inchoatum est Gymnasii Examen & d. XXVII. e.m. finitum sub Directorio SERENISS. PRINCIPIS & NVTRITORIS longe Clementissimi, DN. GVILIELMI ERNESTI, Ducis Saxoniae &c. Examinatoribus Dn. Ephoro D. Meisso & Rectore M. Ludovici.

II. d. 27. Jul. 1700. Oratio parentalis beate paullo ante defuncto Theologo, DN. Michael Christiano Ludouici, SER. PRINCIPI SAXO. NVMB. a consiliis sacris, confessionibus & concionibus aulicis, Superintendenti Episcopes & Capituli Ciz. Canonico habita est a M. Ludovici, R. scriptumque hunc in finem fuit programma a Dn. Ephoro D. Meisso.

III. Dispp. Dn. Ephori D. Meissi fuerunt: I. d. 17. Jul. 1700, de Coena Domini, ex 1. Cor. XI. 27. resp. Christian Gottlob Pieschmann / Bud. Luf. II. d. 8. Dec. 1700. de Sacrificiis, ex Hebr. X. 14. resp. Christian Frits / Schleuf. III. d. 26. Jan. 1700. de Scandalo ex I. Cor. VIII. 13. resp. Joh. Ernst Müller / Eisfeld.

IV. Rector M. Ludouici d. 14. Apr. 1701. de officio hominis erga Latinitatem proposuit disputationem, resp. Joh. Melchior Albrecht / Albrechtens.

V. Dn. Con-R. M. Juncker dispp. quartam & quintam de Graecia artis oratoriae prima Cultrice habuit: illam d. 10. Jul. 1700. resp. Jacob Burckhard / Solisbaco-Palat. hanc d. 15. Dec. 1700. resp. Jo. Ernesto Müller / Eisfeld.

VI. Actus Oratorii publici a Rectore M. Ludouici producti:

I) d. 24. Jul. in Schleusingam Rom. De Schleusinga Rom. dixit George Friedrich Müller / Mein. Addiderunt vero suas valedictiones Joh. Siegmund Dürfeld / Kündorf. orat. de Philosophiae rudimentis, & Jacob Burckhard / Solisbaco-Palat. orat. de Re nummaria. Hisque accinuit πρὸς πρῶτον Symbolico-
Num.